



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monumenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Francofurti ; Lipsiæ ; Norjbergæ, 1713

Privilegium Caroli M. Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29975

PRIVILEGIUM

CAROLI M. IMP.

Osnabrugensi Ecclesiae datum XIII. Kal. Jan. An. III.
Imperii, qui est annus Christi
 DCCC III.


In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Karolus serenissimus augustus à Deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium qui & per misericordiam Dei rex franco-rum & langobardorum. Quicquid enim locis sanctorum venerabilium ob amorem domini nostri Ihesu Christi & reverentiam sanctorum cedimus vel condonamus hoc ad mercedis augmentum vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus praesentibus scilicet & futuris qualiter donamus ad basilicam sancti Petri principis Apostolorum & sanctorum martirum Crispini & Crispiniani quam nos construximus in loco Osnabrugki & corpora illorum illuc transtulimus ubi praest vir venerabilis Wiho episcopus omne regale vel seculare judicium super suos servos & liddones & liberos malman & mund- man & omnes utriusque sexus homines eidem ecclesiæ pertinentes quos modo possidet vel deinceps acquisierit & perpetuam de regia potestate confirmamus absolutionem ita ut nullus judex publicus dux comes vel vicecomes vel scultetus sive missi dominici per tempora disurrentes loca illius episcopatus ad placita habenda vel freda exigenda & parafreda aut aliquem de praescriptis eidem ecclesiæ pertinentem ad sua placita bannire vel ad mortem usquam terrarum dijudicare vel aliquo modo ullo unquam tempore aggravare audeant. Sed liceat praefato episcopo suisque successoribus & suo advocate res praedictæ ecclesiæ cum omnibus sibi pertinentibus quieto ordine possidere ordinare atque disponere. Et ut haec auctoritas firmior habeatur ac diuturnis temporibus melius conser-

Pp

vetur

vetur manu propria subter eam roborare decrevimus & de anulo nostro sigillare jussimus.

Signum



Caroli piissimi ac serenissimi
Imperatoris

..... ad vicem Radoni

Locus annuli
Carolini ve-
tustate de-
triti.

Data XIII. Kal. Jan. anno III. Christo propitio Imperii nostri & XXXVI.
regni nostri in Francia, atque XXX. in Italia. Indict. XI. Actum Aquis
palacio publico in Dei nomine feliciter
amen.

PRI